



**R. P. Antonii De Escobar Et Mendoza, Vallisoletani,
Societatis Iesv Theologi, Vniversæ Theologiæ Moralis,
Receptiores Absqve Lite Sententiæ nec-non
Problematicæ Disquisitiones ... Volumen ...**

Ivstitia Et, Ivs. Sex Libris totidem Tractatus appono, nempe de rerum
Dominio, de Restitutione, de Contractibus Gratuitis, de Contractibus
Onerosis, de Contractibus Fortunæ, de Contractibus Adminicularis, de
Quasi-Contractibus, & nonnullis Innominatis

Escobar y Mendoza, Antonio de
Lugduni, 1663

Sectio I. De Restitutione receptiores sine pugna Sententiæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80681](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80681)

LIBER XXXVII.

RESTITVTIO.

AGREDIOR, agere de Restitutione, quæ est principalis actus Iustitiæ. Eius expendam naturam, personas ad eam gerendam subijciam, circumstantias in ea seruandas, causasque ab ea excusantes indicabo. Mox particulatim exprimam, ad quid teneatur, qui proximum last in bonis spiritualibus, in bonis corporis, fama, & fortuna. Et si enim plura circa hac Vol. 5. docui, ad materia tamen integritatem nonnulla adhuc presius indicabo.

SECTIO PRIM A.

De Restitutione receptiores sine pugna sententiæ.

CAPVT I.

Quid restitutio, & quod eius radices

RESTITVTIO est actus iustitiæ, quo cuique redditur, quod ab eo ablatum, vel acceptum est. Quatuor hic particule continentur. Prima est *Actus iustitiæ*. Iustitia enim quædam est virtus, quæ dirigit hominē, ne quid alterius est, rapiat; & si quid rapuerit, ut reddat. Ob id dicitur, æquabilitatem facere in rebus; loquor enim de iustitia commutativa, cuius actus & operatio quædam est restitutio. Secunda est, *quo unicuique redditur*. Iustitia enim facit, ut quod alicui debemus, ei demus, & hoc dicitur soluere. Agit etiā, ut quod ab altero accepimus, vel abstulimus, reddamus, id est, iterum in sua apponamus potestate, & talis actus est restitutio. Dupliciter autem alicui redditur aliquid, vno modo cum ipsimet reddatur: altero, cum redditur alicui ad ipsum pertinenti, ut vxori, filiis, heredibus vel aliis; vtroque modo fieri assolet restitutio. Tertia est, *quod ab eo ablatum est*. Per ablationem intelligo iniustam acceptionē, qua aliquid abstinuimus furando scilicet, rapiendo, damnificando in persona, in fama, in vita, in bonis fortunæ: aut iniuste quæ illius sunt, retinendo. Ad restitutionem enim spectat huiusmodi ablata reddere. Quarta est, *vel acceptum est*. Per quod verbum iustam actionem habendi, quod alterius est intelligo, siue per mutuum, siue per cēsum aliosve contractus. Est igitur restitutio reddere cuique quod ab eo abstulimus, vel accepimus. Tolet.

l. 5. c. 17. Nauar. sum. cap. 17. n. 6. Nauarra de re-stitut. l. 2. c. 1. n. 5. Lessi. l. 2. c. 7. dub. 4. n. 15. Filli. tr. 3. 2. n. 9. ex D. Tho. 2. 2. q. 62. a. 2.

Non est necessaria restitutio ad salutem necessitate medijs. Quia fieri potest, ut salus ali-² quando obtineatur, prætermissa restitutione necessaria ob iustam aliquam causam, vel ob ignorantiam ad salutem innuincibilem, vel ob egestatē, vel ob impotentiā necessitate restituendi. Necessaria verò est necessitate præ-² te medijs, est cepti, & hoc certum de fide, ut constat ex multis tamē præ-² tatis sacræ paginæ locis. Tob. 12. Matth. 22. ad cepti neces-² Roman. 13. Quod intellige, si facultas suppetat. Si autem non suppetat, non est quidem ipsa externa restitutio necessaria, propositum tamē restituendi necessarium est. Quia ad peccati remissionem necessaria est contritio, vel attritio cum Sacramento, hæc autem continet in se restituendi propositum. Val. 10. 3. d. 5. q. 6. p. un. 2. Sayr. in clauil. 10. tr. 1. c. 3. n. 2. Lessi. l. 2. c. 7. dub. 6. n. 47. & 48. Bonac. de rest. d. 1. q. 1. p. un. 2. n. 2. & 3. Nauar. sum. c. 17. n. 68.


Cum vero nomen restitutionis generatim accipiat³ pro omni redditione, qua res ex iustitia Triplex re-³ debita redditur in se ipsa, vel in æquivalenti, restitutionis obligatio restituendi ex re triplici radice oritur. radix. Primo ex accepta, quando scilicet quis pecuniam, vel aliam rem alienam inuenit apud se, nulla preuia iniusta acceptione; aut quando rem alienam bona fide conspexit, & in ea factus est ditor. Secundo, ex iniusta acceptione, aut damnificatione, ut quando quis rem alterius abstulit, vel alteri damnum intulit. Tercio, ex contractu quando inter aliquas personas, celebratus fuit contractus, ratione cuius emergit obligatio restituendi, ut ratione pignoris, commodati, & c. Lessi. l. 2. c. 7. dub. 5. n. 20. Laym. l. 3. sect. 5. tr. 2. c. 1. m. 2. Sylu. 2. 2. q. 62. a. 6. Sayr. in clauil. 10. tr. 2. c. 1.

Ex

⁴ Ex solo delicto contra iustitiam, non verò contra alias virtutes oritur restituendi obligatio. Quia ipsa restitutio est actus iustitiae, quo debetur alteri reddere ad aequalitatem, hoc autem non accidit in aliis virtutibus, ut pietate, religione, & alijs etiam si sint annexae iustitiae. Reginal. l. 10. n. 65. Val. 2. 2. d. 5. q. 6. pun. 3. Nauar. sum. c. 17. n. 21.

⁵ Porro quae ad restitutionem pertinent novem sunt, & in horum tractatione tota sistit materia sunt autem haec: Quis restituere teneatur. Quid debet restituere. Cui est restitutio facienda. Quantum est reddendum. Quomodo. Quo tempore. Quo ordine. Quo loco. Et quae sint causae propter quas aliquis excusetur a restituendi obligatione. Hisce, ut facilius memoriae teneas vulgaribus carminibus continentur.

Quid, quis restituere, cui, quantum, quomodo, quando. Ordine quone loco, quae causa excusat iniquum. Singula percurram.



CAPVT II.

Quis restituere teneatur.

⁶ **A**d restitutionem tenentur ij, qui iniuriā damnosam intolere. Haec autē est duplex; Materialis, & Formalis. Materialis est, cum quis rem alienam destruit, accipit bona fide, vel retinet, id est probabiliter iudicans, id sibi licere, vel esse suam. Formalis est, quia quis rem alienam destruit, accipit, vel retinet mala fide, id est, cum sciat, vel scire possit, ac debeat, id sibi non licere, ac rem non esse suam. Layman l. 3. tr. 2. c. 1. l. 2. c. 7. d. 6. Bonac. de rest. d. 3. q. 1. pun. 6. & alij.

⁷ Qui rem alienam bona fide possedit, credens esse suam, tenetur ex iustitia restituere statim, ac si possidet agnoscit esse alienam. Quia retinens rem alienā, inuito domino, peccat. Unde possidens rem alienam bona fide emptam a fure, vel ab alio, non potest pretium, quod ipse soluit exigere a domino, cui res est tradenda, sed tenetur re ei tradere abique pretio. Quia aequum non est, ut dominus rem suam emat. Si autem huiusmodi possessor nolit eam rem domino abique pretio tradere, exinde fit possessor malae fidei, ac consequenter reus omnium damnorum inde provenientium ratione inique retentionis, quae accepti iniquae comparatur. D. Tho. 2. 2. q. 62. a. 6. Nauar. sum. c. 17. n. 7. Tolet. l. 5. c. 17. Sanch. l. 2. Moral. c. 23. n. 2.

⁸ Alienans, vel consumens rem alienā bona fide credens esse suam, non tenetur ad restitutionem, nisi in qua re factus est locupletior. Quia sumptus cre- id in quo locupletior est factus, in locū rei acceptae succedit, quae in aequivalenti stare dicitur. Ille verò dicitur factus ditior ex re aliena, qui, cessante bona fide, cognoscit, se occasione rei alienae factū esse locupletem, ut si cognoscit, se aliquos sumptus non fecisse, quos alioquin ex sua re gessisset, aut si aliquid habeat, quod alioquin non habuisset. Lef. l. 2. c. 14. n. 7. Fill. tr. 32. n. 20. In dubio autem, an factus sit locupletior, qui rem alienam bona fide consumpsit, non est praesumendus ditior factus. Quia melior est possidentis conditio. Rebel. p. 1. l. 2. q. 3. Sanch. l. 2. decalog. c. 23. n. 37.

Escob. & Mend. Theol. Moral. Tom. V.

Non tenetur ad restitutionem ille, cui res aliena casu perit, aut etiam propria culpa modo perierit eo tempore, quo ipse rem bona fide possidebat, credens esse suam. Neque qui rem alienam bona fide emit, quam postea aequali vel minori pretio vendidit, secus si maiori, tunc enim debet pretij incrementum restituere. Concedens rem furtivam apud amicum, tenetur tantum ad restitutionem illius, in quo rei suae perierit. Qui autem bona fide aliquem contractū usurarium vel alias iniustum celebravit, quem nesciebat tale esse, si postea comperiat, tenetur solum retinere rem extantem, & id in quo invenit, se factum ditio- rem tempore, quo incepit contractus iniustitiam agnoscere. Mol. to. 1. tr. 2. d. 2. 46. & 720. & 63. Nauar. de rest. l. 3. c. 4. nu. 149. Valq. de rest. c. 9. s. 2. Reb. l. 9. q. 18. n. 9.

Qui rem alienam bona fide accepit, & postea dubitare incipit, alienam esse, si res ipso usu consumitur, vel deterior efficitur, non potest illa uti. Quia exponeret alias se periculo consumendi, vel deteriori efficiendi rem alienam domino iniusto. Si autem non consumitur, vel deterior non redditur ipso rei usu, potest ea uti solvendi pretium usus, detractis expensis intentione. Sylu. 2. 2. q. 62. a. 6. q. 3. conc. 3. Sav. Restitutio, sine Sanch. de matr. l. 2. d. 4. n. 21. Valq. 1. 2. d. 66. c. 7.

⁹ **P**rofecto iniquus malae fidei possessor debet rem alienam, vel si perit, aestimationem eius domino restituere, cum eius incremento, ac fructibus non solum iis, quos possessor percepit, deductis tamen expensis, sed etiam quos dominus verisimiliter percepisset, nisi ipsi ablata, vel iniuste detenta fuisset, insuper omne aliud damnum emergens, & lucrum cessans eidem cogitur resarcire. D. Tho. 2. 2. q. 62. a. 6. Mol. 10. 3. d. 713. Azor. p. 3. l. 4. c. 4. Medin. de rest. q. 6. Attamen si res aliena apud furem, vel alium malae fidei possessorem casu fortuito, ac sine eius culpa deperit, quae certo etiam apud dominum periret, in conscientie foro ad nullam restitutionem obligatur. At si res aliena petijt furi, alteriusve male fidei possessoris dolo, quia eam scienter destruxit, absumpsit, alteri donavit, &c. tunc tenetur eius aestimationem domino praestare, nihil obstante, quod si ei a fure ablata non esset, certo etiam periisset. Lef. l. 2. c. 12. n. 92. Laym. l. 3. sect. 5. tr. 2. c. 4. n. 2. Nauar. sum. c. 17. n. 8.

¹⁰ **Q**ui vero rem mala fide accepit, dubitans esse alienam tenetur adhibere debitam diligentiam ad assequendam rei veritatem, ne domino rei iniuria, ac damnum inferat. Si autem facta diligenti inquisitione non potest rei assequi veritatem, tenetur restituere rem inter eos, quorum esse dubitat, ad dubij ratā. Unde haeres, qui incipit rem aliquam mala fide possidere, quam defunctus bona fide possedit, tenetur rem ad ratam dubij restituere inter eos, quorum esse dubitat. Imo talis haeres comperto rei domino, non solum tenetur rem integram ipsi restituere, sed etiam fructus à se perceptos tanquam malae fidei possessore. Fill. tr. 32. nu. 91. Valq. de rest. c. 6. s. 3. dub. 5. n. 82. Lef. l. 2. c. 14. dub. 4. Sav. Restitutio. n. 62. Sanch. l. 2. Moral. c. 23. n. 148.

¹¹ **A**d quid teneatur qui rem mala fide accepit dubitans alienam esse.

EL SCORAR

Theol. Moral.

Tom. V. lib. VII.

Ex IV

CAPVT III.

De cooperante ad alterius
damnum.

¹³ Omnes illi, qui sunt causa efficiens damni, ad restitutionem tenentur. Vnde haec communis doctrina comprehendit hosce, qui his carminibus annotantur.

Iussio, consilium, consensus, palpo, recursus.

Participans, mutus, non obstant, non manifestans.

¹⁴ De iubente. Primo ad restitutionem tenetur qui iubet siue expresse siue tacite, dicto nimirum, vel facto, ex quo v.g. famulus colligat, hero gratum fore: si faciat. Non autem tenetur, qui ratum tantum habet opus suo nomine factum. Nec mandans, si ante executionem mandatum retractet, idque mandatario innotescat. Quia tunc non est vera causa. Sayr. in clauis. l. 10. tr. 2. c. 7. Filluc. trakt. 32 n. 54. Nauarra de rest. l. 3. c. 4 p. 1. Lell. l. 2. c. 13. n. 11.

¹⁵ De consensiente. Tenetur, & consulens, aut precibus, ac promissionibus ad damnificationem inducens. Attamen si ante executionem consilium retractet, & quantum potest, contrarium suadeat, etiam non persuadeat, à restitutione excusatur, si cum, cui damnum paratur, moueat, ut caveat, sà v. Consilium, Tanner. 2. 2. d. 4. quest. 6. Azor. p. 3. l. 4. c. 6 p. 1. Filluc. tr. 32 n. 57. Lell. l. 2. c. 13. n. 15. & 16.

¹⁶ De consensiente. Tercio, nomine consensus intelligitur efficax approbatio, vel suffragium ad damnum inferendum. Vnde qui suo consensu, efficaciter concurrat ad damnum, tenetur ad restitutionem, v. g. qui per suffragium: vel subscriptionem consentit, & influit in mortem inferendam, vel si aliquis è Magistratu ad inferendum Bellum institutum, vel ad decernendam legem iniquam: & damnosam consensum præbet, ad restitutionem tenetur. Quia est causa efficax damni. Attamen quando plures ferunt suffragia, vel subscribunt in causam iniquam, omnes tenentur ad restitutionem, si suffragia omnium necessaria sunt, cum autem suffragia maioris partis sufficiunt, posteriores non tenentur restituere ferendo suffragium, postquam præstitus est ab alijs numerus suffragiorum sufficiens ad aliquod damnum inferendum. Quia censetur sufficienter latum in causa absque posteriorum suffragio, quod nihil influit. Quare posteriores peccant quidem lethaliter in damnum grave consentiendo, sed non tenentur ad restitutionem, quia non sunt causa efficax damni. • At si speraretur fore, quod pars maior mutaret sententiam, posterioribus recusantibus suum suffragium, posteriores consenserunt etiam causa damni, & consequenter ad restitutionem tenerentur. Quia quilibet suffragator ex officio debet damnum impedire. Mol. sem. 2. d. 732.

Nauarra sum. cap. 17. numero 21. Fillucius trakt. 32. numero 61. 62. & 63. Lessius libro 2. cap. 13. numero 22. 23. & 24. Azor. p. 3. l. 4. c. 12. quest. 2.

¹⁷ De palpo. Quarto, tenetur restituere palpo, seu qui laudando malefactorem, vel maleficium monet illum ad damnum proximo inferendum. Item qui exprobrat alicui delictum alterius contra eum patratum, vel illum irridet, vnde ad sumendam vindictam, vel damnum inferendum excitetur. Quia est instar consentientis, si directe vel indirecte damnum proxime intendat, & causa efficax damni censetur. Quando verò tantummodo laudat; & laudando laetitiam malefactori inducit, sed ipsum ad inferendum damnum non mouet: ad restitutionem non tenetur. Quia efficaciter in damnum non influit. Lell. l. cap. 13. numero 25. Reginal. lib. 10. numero 85. Nauarra de rest. lib. tertio cap. 4. numero 37. Azor. tom. 3. lib. 4. c. 13. Fill. trakt. 32. numero 64. & 65.

¹⁸ De receptatore. Quinto nomine recursus intelligitur damnificantis receptor, id est, qui recipit, vel fouet, vel conseruat malefactorem, vel asseruat prædam, vel refugium, ac securitatem malefactori præbet, ad patrandum delictum, hic ad restitutionem tenetur. Quia efficaciter influit in damnum. dicitur etiam receptor, qui rem furtiuinam in custodiam accipit, ut furi referret, hic tenetur domino, si eam furi reddiderit (si tamen absque magno incommodo poterat ei denegare.) Præterea tenentur cautionarij accipientes pecunias à filiis familias vel à seruis surreptis patribus vel Dominis, quando patres, vel Domini sunt rationabiliter inuiti circa rei substantiam. Secus dixerim de eo, qui recipit, forem, non præbendo ei securitatem ad male agendum, vel ad persistendum in delictis, sed illum recipit ratione amicitiae, vel consanguinitatis, vel humanitatis, vel hospitij cum caponis officium exerceat. Quia non dicitur receptor furis formaliter, sed solum materialiter, nihilque per se præstat, ad damnum pertinet, Bonac. de rest. d. 1. questione. 2. punct. 9. numero quarto Filluc. traktat. 32. numero 67.

¹⁹ De participante. Sexto tenetur participans seu cooperator in damno alterius inferendo, v. g. in furto, vel in absumendo re aliena furto ablata, vel alia ratione. Dupl. iterum potest quis in damnum alterius cooperari. Primo actione intrinseca mala, & ex sua natura iniusta. Secundo actione non intrinsece mala, sed sua ex natura indifferenti. Participans igitur in opere intrinsece malo contra iustitiam peccat, & ad secuti restitutionem damni tenetur, quia culpabiliter, & efficaciter influit in damnum. Qui verò iusto metu coactus, vel ex rationabili causa participat in opere non intrinsece malo, excusatur à culpa, & consequenter à restituendi obligatione. Itaque participans de præda, aut quocummodo cooperans, vt agens excubias, applicans scalas, parans instrumenta, conficiens literas, in bello iniquo tormenta adferens &c. restituendi obligationi adducitur. Aqua quidem liberantur (si actio per se non sit mala) qui ea non sponte, sed iusto metu coacti faciunt, vt v. g. dum rustici furto à solis militibus facto: eorum prædas auertere, vel pecora abigere coguntur, Lessius lib. 2. cap. 13. dub. 3. numero 28. & 29. Layman. l. 3. sect. 5. trakt. 2. c. 6. p.

cap. 5. num. 6. Nauarra. de res. l. 3. cap. 4. num. 39. Filiuc. tract. 3. 2. c. 3. q. 1. 1. Diana p. 3. rr. 5. resolut. 36.

20 De muto, seu non obstante, aut non manifestans, cause sollicitate ad damnum concurrentes, ad restitutionem obligantur, non semper quidem, sed quando tales ex aliquo pacto, vel officio, vel stipendio &c. tenentur ex iustitia damnum cauere. Sic Princeps, Magistratus, belli Dux tenentur ad restitutionem damnorum, quæ à fens, latronibus, militibus ob ipsorum culpabilem negligentiam obveniunt. Item Consiliarii Canonici tacentes, seu non impediendes iniquam constitutionem, vel electionem. Item tutores, administratores bonorum, &c. non impediendes damna pupillis, minoribus, Ecclesijs, promeritis, item montium, vinearum, sylvarum, agrorum piscinarum custodes, qui damna non impediunt, vel facta non rursus festant, Item Principes, & domini territoriorum, si sciant, vias publicas prædonibus infestari, & cum possint, non impediunt, tenentur mercatoribus, ac cæteris viatoribus damna, quæ ob negligentiam huiusmodi accipiunt, compensare, D. Thom. 2. 2. questione 62. artic. 7. Mol. 10. 2. d. 116. Fill. tract. 3. 2. c. 3. q. 12. Diana p. 8. rr. 7. resolut. 8.

21 Monerim huiusmodi cooperatores ad restitutionem non teneri, quando non fuerit causa efficax damni, ut v. g. si fur, aut homicida non fuerit efficaciter motus mandato, aut consilio alterius, sed nihilominus ille erat rapturus, vel occidurus. Item si v. g. in capitulo alij antea dederint suffragium, ita ut videas, nihil impetrantrum, & si neget. Imo nec tenentur, si moraliter certum non sit, eorum mandatum, consilium efficaciter ad damnum induxisse. Quia in dubio melior est possidentis conditio, præsertim circa iustitiæ materiam. Nec tenentur, si efficaciter concurrant tantum ad circumstantias, ac modum actus damno si v. g. si quis tantum impellat alium, ut citius, vel animo suo hoc, vel illo loco, vel modo noceat. Nec tenentur, qui deliberatè volenti inferre magnam datum, suadet, ut minus eidem inferat. Quia tunc alterius negotium voliter agit. Dixit eadem quia non licet impedire damnum minus cum alterius iniuria. Lessius lib. 2. cap. 13. dub. 4. Bonac. de res. d. 1. questione 2. punct. 4. Diana p. 3. rr. 5. resolut. 84. Tanner. 2. 2. d. 4. q. 6. numero 1014.

22 Enim vero cum plures damnificantes: vel scilicet singuli rem suam agere possint, vel coniunctim, atque alij alijs plus minusve in damnum infuere, hinc ex tali ordine, & mensura influxus ordo, ac mensura restitutionis est determinanda. Vnde si plures absque consensu quisque per se scilicet, & casu concurrant ad damnum, singuli non plus tenentur restituere, quam quod quisque per se damnum intulit. Ac si plures eum consensu, & inuicem inuantes in gessere singuli in solidum damnum restituere tenentur. Quia singuli sunt causa totius damni, cum vnus iuvet alterum, & procedat ex confidencia quam habet in aliorum auxilio. Quare si vnus illorum restitutionem fecit, potest à reliquis pro rata singulorum repetere. Quod si actio damnificans fuit lucrativa, & apud ali-

quem ex cooperantibus res ablata adhuc existat, aut is mala fide absumpsit, tenetur is primo loco ipsam, vel æquivalens restituere, & si ille non faciat, reliqui, si verò actio damnificans lucrativa non fuit, ut quia res periit, & destructa est, uti fit v. g. in combustionem, mutilationem, detractionem, tunc ante alios primo tenetur restituere, qui mandavit; vel qui causa primaria fuit, vel primarius executor, ut in bello Princeps, & Dux, & si is non sit facturus, quia non vult, vel quia non potest, tenentur reliqui v. g. cæteri milites. Quod etsi de militibus speculatus verum sit, practice tamen hi exculantur per accidens, tum quia totum restituere non valent, tum quia dominorum voluntas non est, nec expectatio, ut plus restituant, quam partem suam, ideoque hanc possunt, ad id tenentur. Demum si damnum passus condonet restitutionem principali damnificanti, etiam minus principales liberantur, non autem vice versa, quia rursus principali sunt accessorium, non contra. Layman. libro 3. tract. secund. cap. 6. Bonac. de res. d. 1. questione 2. punct. 11. ex Valquo, Molina, & Fillinc. Nauarra sum. cap. 17. Lessius libro secund. cap. 13. dub. 4. numero 37.



CAPVT IV.

Quid sit restituendum?

23 **R**es aliena alteri debita restituenda est, si extat; si verò res ipsa non extat, restituendus est illius valor, & pretium. Imo debitor tenetur restituere damna, quæ creditor iniuste passus est ipsius culpa, unde tenetur ad restitutionem fructuum quos Dominus percepisset, & expensarum, quas gessit, in re sua querenda si constet fuisse factas, seruanda enim est æqualitas, & ius alienum. Quando autem aliquis rem alienam, quam bona, vel mala fide possidet, cum proprijs rebus, ita commiscuit, ut eam discernere nequeat, licet acquisierit Dominium illius rei, tamen possidens in eo euentu contrahit obligationem restituendi rem æqualem. Quia nullus potest iuste cum alterius damno iniusto locupletari, ob id alter habet actionem contra possessorem, l. Manifestasse Codic. de solutionibus Authem. Hoc nisi, de solutione. Saye. in clari l. 10. tractat. secund. cap. 3. numer. 9. Sylu. 2. 2. questione 62. articulo 4. cap. 5. Filiucius tractatu 32. cap. quart. questione prim. & secund. Nauarra sum. cap. 17. numero 24. Sanchez l. 2. decalog. c. 23. num. 24.

24 Porro tantum restituendum est, quantum sufficit ad faciendam debiti, vel damni illati æqualitatem, ita ut si quantitas debiti, vel damni sit certa tantundem restituatur, si vero sit quantum incerta, tantum restituatur, quantum vir prudens iudicauerit, ponderatis circumstantijs loci, temporis, ac personæ, habitaque ratione damni debiti.

ELSCOBAR
Theob. Mor.
T. 3. m. VII. VII.
E. IV
6


equalitate. ni emergentis. Quia restitutio est actus iustitiae commutativae, quae inclinat ad servandam aequalitatem, aequalitas vero servatur, praedicta, regula asseruata. Vnde debitor, qui praefixo termino non soluit, tenetur restituere creditori lucrum cessans, quod illi ex iniusta evenit dilatione. Similiter qui conculcavit segetes, prius quam ad maturitatem pervenirent aut arbores adhuc teneras incidit, tenetur arbitrio prudentis restituere non solum quantum tunc valebat res creditori, sed etiam quantum valuisset messis, vel fructus tempore detractis expensis ac laboribus, habitaque ratione periculi, si forte per caeli iniurias non perveniscent ad maturitatem. Azor. p. 3. l. 4. c. 25. Reginaldus l. 10. numer. 213. Sà, v. Restitutio, numero 61. Mol. tom. 3. d. 726. Bonac. de rest. d. 1. q. 3. puncto 1. numer. 6. Bañes 2. 2. q. 62. nu. 4. Navarra de restit. l. 4. cap. 1. n. 52.

²⁵ *Pro re illicita ante factum* nihil dari vel accipi potest antea factum, unde contractus, vel pactio de re illicita accipi potest, facienda, relaxanda est, nullamque inducit obligationem. Tamen patratum opere illicito, de quo patratum initus fuerat contractus, vel promissio, tenetur promittens solvere pretium, & accipiens non tenetur ad restitutionem. Quia opus malum, non obstante malitia morali, quam habet in materiali sua entitate, habet qualitates, quibus sit utilis, aut delectabilis, ratione quarum sit vendibilis, vel estimabilis pretio, ac si morale malitiam non haberet. Vnde licite accipit meretrix pretium pro sui corporis usu, quamvis tradendo delinquit: Moraliter ad restitutionem non tenetur pro sacrilegio acceptum: nec Index propter sententiam iniquam: nec assassinus propter homicidium, quando quod acceptum est iustitiae mensuram non excessit. Vnde si meretrix fraude, vel mendaciis plus extorsit ab adolescente, quam iustitia patreretur, tenetur restituere. Quia vendidit vnum corporis maiori pretio, quam secundum iustitiam poterat. Reginaldus l. 10. numer. 185. Filiucius tr. 3. l. 1. numer. 226. Lessi. l. 2. cap. 18. numer. 18. Sà, v. Restitutio, numero 18. Diana p. 2. tract. 16. resol. 40.

²⁶ *Ad quid Regularis cuiusque concubina teneatur.* Meretrix tamen vel concubina tenetur Monasterio restituere, si aliquid à Regulari in libidinis pretium acceperit. Quia quod Religiosus acquirit, fit Monasterij. Quamvis autem superior Religioso facultatem impertiat, ut aliquid in quolibet usus expendat, in usus licitos facultas dari intelligitur. Attamen si Religiosus non habeat restrictam facultatem, possit ex bonis, elemosynive ab ipso acquisitis, vel de aliis puellae defloratae satisfacere, vel parvulos ab ea inceptos alere. Quia hoc opus iam esset pium, ideoque res daretur sine obligatione ab accipiente restituendi. Valq. de restit. c. 7. dub. 3.

²⁷ *Ad quid concubina pupilli vel minoris.* Quae pupilli, vel minores dedere meretricibus, sunt etiam restituenda per ipsas tutoribus aut curatoribus. Quia non possunt illi sine curatorum, aut tutorum licentia alienare. Acquisita vero ob surpam causam restituenda sunt non solum ante factum, sed etiam facto secuto, quando lex efficit acquirentem inca-

pacem Domini, vel inhabilem ad rem accipiendam. Vnde acquisita per simoniam retineri non possunt, etiam si voluntarie tradita fuerint. Formina tamen meretrix, quae sui corporis alicui copiam fecit promissa sibi pecunias potest pretium sibi promissum in foro externo exigere. Quia sicut in foro externo meretricium permittitur, ita datur actio ad pretium repetendum. Secus dixerim de occulta fornicatione, quae in foro externo puniatur: tunc enim non datur actio: ut si virgo, vel adultera promissum sibi libidinis pretium requirit. Conar. ad reg. peccatum, p. 2. §. 2. n. 3. Molina 10. 3. tr. 2. d. 94. Navarra de rest. l. 4. c. 2. n. 91. & 132. Filiucius tr. 3. l. 1. c. 9. q. 9. & 10. Sylvi 2. 2. q. 62. articulo 5. conclus. 2.



CAPVT V.

Quid restituendum ob consecutionem alicuius boni impeditam.

²⁸ *Impediens* TENDENDUM, an laedatur ius alienum, quod à natura, lege, vel aliter quis habeat: & an per vim, fraudem, calumniam, mandacia quis alium impediatur: num verò aliter. Vnde qui alterum impedit à consecutione rei debet ex iustitia ad restitutionem tenetur. Layman. l. 3. tract. 2. c. 6. numer. 5. Bonac. de rest. d. 1. q. 2. pun. 12. Lessi. l. 2. c. 11. dub. 18. Filiucius tr. 3. n. 72.

²⁹ *Quid si res non erat debita ex iustitia?* Si res non erat debita ex iustitia, sed ex libera voluntate concedenda; tunc qui sine vi, fraude, & calumnia collatorem inducit, v. gr. ut officium, legatum, seu beneficium Ecclesiasticum, & similia bona gratuita non conferat cui, apud se constituerat, aut qui petierat; sed vel nulli, vel alteri, etiam minus digno, etsi is possit saepe graviter peccare, praesertim si id ex odio, vel alio malo sine faciat; non tamen ad restitutionem tenetur. Azor. p. 3. l. 4. c. 9. Bonac. de restit. d. 1. q. 2. pun. 12. Valquez, & Sà, quos sequitur Bulembau. l. 3. tr. 5. c. 2. dub. 4. numer. 2.

³⁰ *Quid si impeditur qui per vim, fraudem, vel calumniam cum res non est debita.* Si in re praedicta ex libera voluntate conferenda aliquis per vim, fraudem, vel calumniam collatorem induceret, ne ei daret; aut cum à petitione (ius enim quisque habet ad petendum) aut à consecutione talis rei per vim, fraudem, calumniam, vel mendacium impediret (cum etiam quilibet ius habeat, ne iniuste impediatur) is teneretur ad damni compensationem viri prudentis arbitrio, iuxta certitudinem, ac probabilitatem, qua alter tale bonum alioqui alsecutus fuisse existimaretur; dummodo tamen eo sit dignus, nam si indignus est, non tenetur ad restitutionem nisi famae, si eam forte laesit. Lessi. l. 2. c. 12. dub. 18. Molina 10. l. d. 135. Sà, v. Restitutio, n. 22.

CAPVT

CAPVT VI.

Quid debeat pro iniuria facta corpori restitui.

³¹ **N**IVS TVS occisor, mutilator in conscientia tenetur tantum restituere pro damnis fortunæ bonorum, quæ ex tali occasione vel vulnere directe ab eo causata fuere iuxta prudentis arbitrium, præcisè autem pro vita, membro, vel cicatrice nihil secundum rigorem restituere tenetur. Quia sunt bona altioris ordinis, quæ pecunia æstimari non valent. Lessi. l. 2. c. 9. dub. 23. Layman. l. 3. tr. 3. p. 1. c. 3. m. 4.

³² Qui ebrius alium occidit, aut vulneravit, si ebrietas culpabilis non fuit, vel licet fuerit talis, si tamen homicidium, vel vulnus insignitum non prævidit, vel diligentiam debitam adhibuit ad cavendum, non tenetur ad restitutionem: sed si prævidit, & non cavuit. Bonac. de restit. d. 2. q. vi. sect. 2. p. m. 2. Qui occidit Caium putans esse Titium, tenetur. Quia actio illa est Cajo iniuriola. Bonac. ibid.

Si læsus ante obitum omnia remisit, ad nihil tenetur occisor. Quia filiis non fit iniuria in bonis, nisi quatenus læduntur in patre contra eius voluntatem (volenti enim non fit iniuria). Ergo si per eum ius acquiritur, sic etiam amittunt. Porro non recte ager patet ignoscendo, si filij valde indigeant. Lessi. l. 2. cap. 9. dub. 26.

³³ Et si præcisè pro vita, membro, occisione, non sit obligatio restituendi per sententiam tamen iudicis cogitur iniurias pro iniuria satis facere. Consilium est vt confessorius pro his elemosynas, Missas pro suffragio occisi iniungat occisori. Si occisus, vel mutilatus fuerit servus, vel animal irrationale, tunc etiam pro vita, & membris gerenda est restitutio. Quia horum vita pretio æstimatur; ac proinde tantum debet restitui, quanti potuissent vendi, & pro mutilatione, vel cicatrice quanto plaris sine ea venderentur. Pro funeris expensis nihil restituitur. Quia illæ aliquando faciendæ tamen fuissent. Nisi forte illatæ necis occasione extra patriam maiores fieri oportuerit. Restitui debent expensæ factæ in curationem, ac medicamina vulnerati, vel occisi. Necnon lucra, quæ ex mutilatione, vel vulneratione cessarunt, non quidem tam in solidum, ac si de facto essent acquisitæ, sed pro maiore, aut minore spe quam læsus habuit, illa acquirendi Filliuc. tr. 32. numer. 202. Trullench. Decal. l. 7. c. 8. dub. 3. & alij communiter. Si homicidia à magistratu plebatur, receptus est, adhuc teneri, ad damna resarcienda. Quia morte sua tantum iustitiæ publicæ satisfaciunt, non occisi hæredibus. Qui tamen cum plerumque aliud non exigant, videntur esse contenti; ac proinde hæredes homicidæ ad nihil tunc tenentur. Filliuc. tr. 32. n. 214. Debet autem restitutio fieri tantum parentibus filiis, uxori interfecti. Quia hi soli directè læduntur, cum moraliter una persona cum occiso censeantur. Nisi occisor intenderit etiam lædere alios, tunc enim etiam his restituere teneri docet Card. Lugo de iustit. tom. 1. d. 11. numero 8.

ex Lessio. Non tenetur occisor, aliquid eis restituere, quos occisus alebat ex liberalitate. Quia damnum illorum per accidens sequitur. Lessi. l. 2. c. 9. dub. 26. Trullench. Decal. l. 7. c. 8. dub. 4. Nec tenetur ad damna, quæ pronient ex morte. v. gr. alicuius innocenti, qui per errorem putaretur homicidium fecisse, & sic captus plebatur. Quia huius mors non directè ab ipso causatur, sed per accidens, & ex errore, vel malitia accusatorum. Bonac. de restit. d. 2. q. vi. sect. 2. p. m. 2.

CAPVT VII.

Quid pro illato stupro restituendum.

³⁴ **V**i virginem per iniuriam defloravit, Si per iniuriam de- tenetur rependere damnum, quod iuriam de- ei ex tali iniuria est secutum, idque floravit, vel matrimonio, vel davi æstimatione ad prudentis arbitrium, vt talem scilicet virum inueniat, qualem manens virgo inuenisset. Porro si res, si consentientem absque vi, & fraude, rientem vel matrimonij promissione, ad nihilum tenetur. Quia ei non est illata iniuria. Præcisè pro sola virginitate non obligat restitutio. Vnde si stuprum clam mansit, nec impediunt, quin æquè laudè, foemina nuberet. ad nihil tenetur stuprator. Sanchez lib. 7. sum. d. 14. Filliuc. tr. 32. nu. 209. Bonac. d. 2. de matrim. q. 4. p. m. 7.

³⁵ Si autem virginem quis importunis precibus flexit, nihil tenetur restituere. Quia adhuc libere consensit. Nisi forte preces tales fuerint, vt cum vi, & coactione equiparentur; vt si coacta fuere cum minis, vel reuerentiali metu v. gr. si fuit illius Dominus, vel vir magnæ auctoritatis. Trullench. Decal. l. 7. cap. 8. d. 4. & alij communiter.

³⁶ Si per promissionem veram, vel fictam matrimonij eam vicit, tunc tenetur ducere eam, quia in omni contractu, vbi alter ex sua parte acceptavit, & implevit, tenetur & alter implere, etiam si fictæ contraxerit, tenebatur enim ex iustitia vere contrahere: cum alioqui, omnia humana commercia fraudibus paterent. Et id quidem verum existimo, etiam si stuprator Religionem novisset. Lessi. l. 2. c. 10. d. 1. 3. & 4. Trullench. lib. 7. Decal. capite octavo dubitat. 3.

³⁷ Non tamen tenetur fictus promissor eam dotare, casu quo is puellam valde notabiliter conditione excederet, vel verbis vnius esset fictionem facile indicantibus. Vel ipsa conscia esset voti emissi. Quia ipsa tunc mala fide contraxisset. Et si ipse putavit, esse virginem, cum tamen non esset. Et si ex matrimonio græue damnum, aut scandalum timeretur. Et si ipse iam sacris esset initiatus, aut alteri colligatus coniugio. In his casibus solidum tenetur curare, vt æque illa commodè nubat modo iam dicto, dando scilicet dotem, vel aliter. Sanch. 10. 1. de matr. l. 1. d. 10. Trul. l. 7. Decal. c. 9. d. 3.

ELSCOBAR
Theob. Mor.
Tom. VIII
El. IV
6

CAPVT VIII.

Quid restitui debeat pro adulterio?

38 **U**M eo adulterio possint coniux alter & proles legitima circa sustentationem, hereditatem, &c. damnum sustineri, licetum est, quod uterque adulterans, nata eis prole, debeant, cum id damnum causent, eatenus restituere, quatenus possunt sine altioris boni detrimento, & maioris mali causatione. Laym. l. 3. tr. 3. p. 1. c. 14.

39 **A**dultera ordinariè non tenetur proderere, quod proles eius sit spuria. Quia & viro suo infestiam, & sui odium, & domesticas discordias crearet, ac famam suam prodigeret, quibus damna fortuna merito cedunt. Accipitur prole, quod proles matri non teneatur credere, nisi sed deesse illegitimam. Filius m. 3. 2. n. 222. Debet tamen si potest, aliis iniustis damnum compensare. Primum diligentius administrando rem familiarem. Secundò de cultu corporis detrahendo. Tertio si habeat bona propria plus legitimis, quam spatio relinquendo. Quarto, eum inducendo, ut relicta hereditate, vel eius parte, statum Ecclesiasticum, vel Regulare ineat, si idoneus existat. Trullench. l. 7. Decal. capite 9. dubitat. 4.

40 **A**dulter verò pater spurij etiam saepe excusatur vel in toto, vel ex parte, siue quia damnum ab adultera compensatum fuit, vel compensandum creditur, siue quia restitutio non potest fieri sine vitæ periculo, famæ dispendio, tribulatione, ac discordia familiarum. Siue quia non est certus, prolem esse suam. Lessi. l. 2. c. 10. dub. 6. Bonac. de mat. d. 2. q. 4. p. 11. Trullench. l. 7. Decal. c. 8. dub. 7.

CAPVT IX.

Quid restituendum pro fama, & bonis spiritualibus: ut inductione ad peccatum, à Regulari statu auocatione?

41 **P**RO fama restituenda est fama. Cum autem id quis non potest, non tenetur ad pecuniam ac bona fortunæ, nisi per sententiam Iudicis cogatur, sic satisfacere. Eadem est ratio de reliquis. Attamen si lædendo famam in bonis etiam fortunæ alteri damnum esset allatum, relatiendum proculdubio est omnes communiter.

42 **S**i quis alterum intinxit ad peccatum suasio, vel exemplo suo, tenetur quidem ex charitate, quoad potest, eum ad meliorem statum inducere, tum reuocare. Sed non ex iustitia. Lessi. l. 2. c. 8. quid debeat dub. 2. nu. 20. Laym. l. 3. tr. 2. p. 1. c. 18. n. 1. Si quis

autem induxit fraude dolo, iniusto metu, &c. tenetur ad id ex iustitia. Quia quicquid habet ius, ne iniuste lædatur, in spiritualibus bonis. Unde si læditor, debet id spirituale restituere, si potest. Laym. citatus.

43 **S**i quis aliquem (etiam Nonnitiū) ab ingressu Religionis, tamen siue vi vel fraude abduxit, & si grauius deliquit, id irrationabiliter agendo, ac pròinde teneatur ei rursus ingressum ex charitate suadere: non tamen ex iustitia vel illi, vel Religioni tenetur, quæ nullum adhuc in eum ius acquisiuit. Laym. l. 2. tr. 2. c. 8. Attamen si Religiosum ad apostasiam induxerit suafione, aliaue operatione, obligatur ex iustitia Religioni ad restitutionem; non quidem vi suafionis (quod aliqui volunt) loco alterius ingrediat; sed ut suadeat alteri, quoad potuerit, reditum, & compense Monasterio commoda, quæ ex hereditate, bonis, vel industria alterius expectabantur. Busemian l. 3. tr. 5. c. 2. dub. 6. a. 11. numer. 3.

44 **S**i quis demum veneno, phyltro, aliove modo alicui destruxit memoriam, rationem, &c. tenetur eodem modo, quo non utilitator, aut vulnerans beat qui (de quo supra) ad restitutionem lucris cessantis, alius memo & damni inde secuti in bonis fortunæ. Omnes res autem ratiōe venēcolui: ea enim vberius ad Quintum, Sex um, non destrui & Octauum Decalogi præceptum volum. 5. xii, expressi.

CAPVT X.

Cui facienda restitutio?

45 **D**EBITA incerta, id est, quorum creditor ignoratur, vel conueniri non potest, debita in quod nimium dicit, si proveniant ex contractu iusto, possessor sibi potest retinere, neque tenetur pauperibus erogare. Quia incertorum bonorum restitutio facienda est non iure naturali, aut diuino, sed tantum positio: Atque lex Canonica solum, præcipit, ut quæ iniuste sunt acquisita, per usuram, v. gr. si Domino non possint, in pauperes, vel alias pias causas erogentur; de bonis autem incertis à bonæ fidei possessore in pauperes erogandis, Canonico iure nulla mentio habetur. Lessi. l. 2. c. 14. numer. 38. Laym. l. 3. sect. 3. tr. 2. c. 9. numer. 1. Nauarra de rest. l. 4. c. 2. n. 46.

46 **A**t possessor malæ fidei, aliusve iniustus dānificator, regulariter loquendo, tenetur illi restitutionem facere, cui rem abstulit, modo si is habeat aliquod ius in rem ablatam. Aut illi, cui damnum intulit, si restitutio facienda est ob damnum iniuste illatum. Aut illi, qui succedit in iura alterius, cui facienda erat restitutio. D. Thom. 2. 2. quæst. 62. art. 5. Sylui. ubi stult. Medi. de restit. quæst. 2. Azor. tom. 3. lib. quarto capite 26.

47 **F**idei bonæ possessor, qui rem alienam bona fide accepit titulo emptionis, aut alio titulo oneroso, non tenetur postquam cognovit quid sit, ut rem esse alienam eam Domino restituere; sed recuperet potest rescisso contractu, restituere illi, à quo pretium pro bona fide accepit, ut valeat pretium suum recuperare traditum?

cupere. Tolet. l. 5. cap. 17. num. 12. Vasquez de
restit. c. 9. §. 2. dub. 2. Nauar. summ. capite 17.
num. 12.

48 Qui mala fide accepit debet rem restituere Domino, etiam si pretium solutum amittat: non vero eam potest restituere ei, à quo accepit, nisi certò sciat, eam esse vero Domino reddendam. Quia adest hic duplex titulus restitutionis, videlicet res accepta, & iniusta acceptio: & malitia, ac culpa suae amissionem pretij, & Damnum, quod inde patitur, imputare. Sylui. 2. 2. q. 6. 2. a. 6. quæst. 1. concl. 2. Salom. & Bañes ibid. Molina tom. 3. d. 72. numer. 2. sectio. 2. Sermo redibit.

49 Bone fidei possessor, qui rem gratis à fure accepit, non potest eam furi tradere, nisi moraliter sit certus, rem Domino restitendam esse à fure. Similiter qui bona fide à fure emit aliquid, postquam cognouit alienum esse, tenetur restituere id vero Domino, si non possit inuenire furem, à quo pretium recuperet. Idem dixerim de eo qui inuenit furem, à quo rem accepit, sed furti reat pretium restituere. Lessi. lib. 2. capite 14. dubitat. 3. Sayr. in clau. lib. 10. tr. 3. num. 85. Nauarra de restitut. lib. 3. capite 4. num. 191.

50 In foro conscientie qui sui creditoris creditori restituit, quod suo creditori debet, videtur satisfacere, & ad novam restitutionem non tenetur, modò debitum sui creditoris sit liquidum, nec ipsius creditoris damnum inde patitur: ut si tibi debeam centum argenteos, & tu tantum deni debeas meo fratri, si solvam fratri, tibi non amplius obligor. Quia dum soluo tuo creditori centum, cui debes tantundem, transero in me ins, quod ille in re habebat ad exigendam à te centum; vnde si tibi tantundem debeam possum vti compensatione, scio tamen, in foro externo me posse cogi tibi solvere, nisi res debita, quam tuo creditori restitui, sit illi obligata. Syluius 2. 2. quæst. 62. articulo octauo quæst. 1. Medi. de rest. q. 3. causa 5. Sayr. in clau. l. 10. tr. 5. cap. 7. num. 6. Filliuc. tr. 32. numer. 51. Laym. l. 3. sect. 5. tr. 2. c. 9. n. 8.

C A P V T X I.

De restitutionis circumstantiis nempe, Vbi, quando, quomodo, & quo ordine sit restituendum.

51 VANDO debitum est ex iniusta acceptione, restitutio facienda est expensis debitoris eo loco Vbi Dominus illa erat possessor, si ablata non fuisset: deductis etiam expensis, si quas creditor eam seruando, vel deferendo, agere debuisset. Quia restitutio orta ex iniusta damnificatione, in integrum fieri debet, ita ut creditor omnino seruetur indemnus. Tamen si deferendo in

locum Domini maiores expensas ex proprio suo facturus, quam res restituenda valet. Sunt qui doceant, re ad id non obligari, sed posse pauperibus elargiri; quod non omnino admiserim, si autem id sit admittendum, si spes addit fore aliquando, ut sine magno sumptu ipsi Domino, vel heredibus fieri valeat restitutio, res interim in loco tuto debet asservare. Nauar. summ. capite 17. numero. 43. Sylui. 2. 2. quæst. 62. articulo quinto quæst. 7. conclus. 1. Lessi. lib. 2. capite 15. dubitat. 8. numer. 14. & 15. Filliuc. tr. 32. n. 110. Azor. 10. l. 4. c. 32.

52 Quando verò restitutionis obligatio oritur ex re bona fide accepta, restitutio facienda est in loco, Vbi res tunc temporis habetur quo aliena esse dignoscitur. Quod si Dominus absens aliò transferri cupiat, suis sumptibus id curare debet; vel si ob eam causam possessor in Domini gratiam aliquid vult expendat, actione negotiorum id repetere poterit. Quia cum tuo damno non teneris Dominum in pristinum statum restituere, cum eum per iniuriam non detinueris, sed solum teneris ad rei custodiam, monito interim Domino, ut significet quomodo velit, eam ad se transferri, qua in re non teneris viros sumptus agere. Nauar. summa capite 17. numero 42. Filliuc. tr. 32. numero 108. Nauarra de restitut. l. 4. capite 3. numero 2. Sayr. in clau. l. 10. tr. 5. cap. 4. numero 9. Reginaldus l. 10. n. 231.

53 Quando debitum descendit ex contractu, vel quasi contractu, in quo res eadem numero est restituenda, ut in deposito, commodato, pignore; debet eo loco restitui, Vbi fuit traditum, expensis depositarij; nisi aliter iusta aliqua pactione sit conuentum. Vnde si quis equum accepit commodatum, & deinde alium in locum transiit, tenetur suis expensis restituere in loco, Vbi accepit; si autem dominus aliò commigrasset, non tenetur, qui accepit, eò mittere. Quæ verò debentur ex contractu, in quo pro re accepta est reddenda alia: restitutio ex natura contractus non quouis loco fieri potest, sed ibi facienda est, Vbi res pro qua datur, est accepta. Secundum quem locum etiam res, quæ datur, est assilmandæ; ut si quis emit equum Matrino, debet Matrino pretium reddere. Equidem quæ debentur ratione donationis, legationis testamenti, reddenda sunt in loco, Vbi erant, cum donaretur, nisi aliud in ipsa dispositione fuerit expressum, ac proinde expensis eius, cui suæ donata. Lessi. l. secund. capite 15. dub. 8. numero 53. Bonac. de restitut. dist. 1. q. 5. par. 1. numero 12. & 13. Filliuc. tr. 32. cap. 4. q. 10. Vasquez de restitut. capite 10. numero 43. & 58. Nauar. summa capite 17. n. 42.

54 Circumstantiam Quomodo expendo. Certe modis restituendi potest ex quatuor hisce regulis dignosci Prima est: debita occulta occulte sunt restituenda, publica verò publice, ut do ut modò publicæ usuræ, ad tollendam scilicet aliorum offensionem. Secunda. Res inferioris ordinis non sunt restituendæ cum rerum superioris ditione, v. gr. bona exteriora cum iactura honoris, & famæ; nec honores aut fama cum iactura regulariter. Tertia. Restitutio non potest fieri per partes, sed tota simul est facienda.

EL SCOBAR
Theos. Mor.
Tom. VII. II
EL IV

36 Theologiae Moralis Lib. XXXVII.

da, quantum fieri possit, quando debetur ex re accepto, vel ex delicto. Quando vero debetur ex contractu, facienda est iuxta contrahentium conventionem. Quarta. Qui non potest per se commodè restitutionem exequi, nisi se prodar, curet eam exequi per alium fidelem, ita tamen ut curet fieri certior, an sit facta, necne. Filliuc. *trakt. 32. capite quarto quest. 12.* Bonac. *de restit. dict. primo quest. 7.* Reginaldus l. 10. numero 214. Aor. p. 3. l. 4. c. 35.

⁵⁵ *Indebitis ex contractu solutio fieri debet tempore quo inter partes contentum fuit &c.* Circumstantiam autem *Quando* expono. Cum obligatio restituendi, secus solvendi ex contractu descendit, solutio fieri debet tempore, quo inter partes contrahentes expresse vel tacite contentum fuit; et tranfacto, si debitor in mora culpabili existat, iniuriam infert creditori, obligationemque contrahit compensandi damnum, quod exinde creditor patitur. Neque ad id necessum est: ut creditor exigat solutionem; quia ipsa dies siue tempus statutum, intra quod solutio fieri debet, pro creditore interpellat, si tamen debitor paratus sit tempore, ac loco constituto solvere; sed creditor vel abiens sit, nullo loco sui procuratore relicto, vel praesens recipere nolit, tunc debitor liber est à praestando ipsi damno postea eveniente, vel poena conventa. *c. fina. de locato, &c. conducto, Bonac. de restit. dicto primo q. 6. pun. un. n. 3. & 4. Laym. l. 3. sect. 5. tr. 2. c. 10. n. 1.* Hinc poenitens, qui tenetur ex contractu restitutionem agere non facile concedendus est de levis culpa quando est in mora restituendi absque damno creditoris, etiam si creditor saepius petierit solutionem, modo debitor intentionem habeat solvendi, nec creditor amittendi rem sibi debitam subeat periculum. Molina *tom. 3. tr. 2. d. 753. num. 1.* Diana p. 2. tr. 3. *resolut. 3.*

⁵⁶ *Quando in debitis ex contractu non est constitutus terminus ad solvendum, quid?* In debitis ex contractu quando non fuit constitutus terminus ad solvendum, debitor non videtur esse in mora aut graviter peccare non restituendo, antequam admoneatur. Quia creditor sciens, ac potens petere censetur, dilationem concedere, non petendo. Secus dixerim, si petat, vel si non petat ob timorem, vel impotentiam, vel obligationem. Quia tunc debitor dicitur aliquam, invito Domino, retinere, & censetur esse in mora restituendi. Mann. *summ. p. 2. cap. 46.* Navar. *summ. cap. 17. num. 79.* Reginaldus l. 10. numero 223. Sylvestr. v. *Mora, questio. 1.*

⁵⁷ *Qui ratione iniuste acceptionis, restitutionem vel detentio- nis obligatus est ad restituendum, tenetur ac commodè possit.* Qui adstrictus est onere restituendi ratione rei acceptae, vel iniuste acceptionis, aut detentionis, restituere, nisi dilationem à creditore obtineat, aut nisi creditor sit irrationabiliter inuitus. Quia praecipuum negativum non detinendi rem alienam, item non differendi solutionem debitam, omni tempore obligat. Attamen illud statim, quo facienda est restitutio, non accipio mathematicè, sed moraliter expectata scilicet opportune restituendi absque dolo, ac fraude; unde debitor ex delicto, vel quasi delicto tenetur sub mortali statim restituere ac commodè potest, alioqui esse in mora censetur. Sylvi. 2. 2. *quest. 62. articulo 8.* Azor. p. 3. l. 4. c. 34. Sà, v. *Restitutio, num. 61.* Molina 10. 3. *trakt. 2. d. 753. numer. 2.* Sayr. in claus. l. 10.

trakt. 5. cap. 4. D. Thom. 2. 2. questio. 62. articulo 8.

⁵⁸ Qui non restituit statim ac commodè potest sed longo tempore differt, tot peccata committit, quot sunt actus intentionis & voluntatis. Unde peccata in re aliena multiplicantur, mittat qui quoties moraliter interruptitur intentio, ac longo tempore voluntas non restituendi per somnum, contritionem, &c. confessarius tamen inuestigando numerum peccatorum interruptionis in retinenda re aliena, non debet se se scrupulose gerere; sufficit namque vestigare temporis spatium, quo res aliena retenta fuit, eo enim cognito paulo plus vel minus agnoscat peccatorum numerum. Valquez 1. 2. *tom. 1. d. 75. capite secund. Sylvi. 2. 2. quest. 62. articulo 8.* Diana p. 2. *trakt. 2. resolut. 25.* Sayr. in claus. l. 10. cap. 5. *num. 9.*

⁵⁹ Denique quo ordine restituendum sit, expono. Certum est necessarium non esse ordinem servari, quando debitor omnibus creditoribus, solvere potest: quando vero tantum non habet, aut reliquit haeredibus haeregule servanda. Debita certa, seu quae propriis creditoribus possunt restitui, sunt incertis praefenda. Quia Dominus, seu creditoribus certis ex iustitia commutativa proprie id ius competit, ad sua debita exigenda. Tamen quando res aliena extat apud iniquum possessorem, tunc si vero Domino restituere non potest pauperibus potius, vel Ecclesiae tribuenda erit, quam ut ex tali re aliis certis debitis satisfiat. Sylvi. 2. 2. *quest. 62. articulo 8. quest. secund. conclus. prima.* Navarra de *restitu. l. 4. capite ultima.* Valquez de *restitu. cap. 11. num. 9.* Lessi. l. *secund. cap. 15. dubiat. 1.* Navar. *summ. c. 17. numer. 47.*

⁶⁰ Res, quae in specie extant, certis dominis debita, & quarum Dominum debitori acquisitum non est, certis, ac propriis Dominis integre restituenda sunt. Quia reliqui creditores nullum in his ius habent. Unde si res sit Ecclesiae, vel fidei, vel minoris, & adhuc inter bona debitoris extet, ante omnia solvendum est pro ea pretium iustum, vel certe res ipsas est restituenda. Quare talis res ubicumque extiterit, etiam si alius fuerit vendita potest vendicari. Laymam lib. 3. *sectio 5. tractatu secund. cap. 11. numero secund. Angel. v. Emptio, numero quarto.* Sylvestr. ibi numero secund. Lessi. l. 2. c. 15. *dub. 1. numero 7.*

⁶¹ Quando res aliena vendita fuit, & emptor nec pignus nec fideiusor dedit nec pretium in praesenti obtulit, nec venditor illud pro soluto habuit fides emptori, tunc vel pretium ante omnia solvendum, vel res reddenda venditori. Quia in re communi in hoc casu nondum censetur translatum Dominium, etiam si res tradita fuerit. Tunc autem fideiusorem (ex recepti sententia) venditor ius praedationis non habet, quia nullum ius positivum inducens in tali re hypotheca in iure Civileo reperitur. Covarruvias lib. 1. *variaram, capite septi. mo numero 3.* Navarra de *restitu. lib. quarto capite sexto numero 49.* Molipa *tom. tertio tract. secund. d. 536.*

⁶² Habens multa debita, quorum aliqua sunt certa, & aliqua incerta, debet prius solvere certa, quam incerta, si non est omnibus solvendo. Quia debita certa iure naturae solvenda sunt quam incerta creditoribus.

63
Debita ex
onerato
primi solu-
da quæ me-
gratuita.

creditoribus certis, debita verò incerta iure po-
sitivo soluenda pauperibus, sed ius naturæ præ-
ferendum est positivo, ergo. Fill. rr. 32. num. 121.
Sayr. in claus. 10. rr. 5. c. 10. Regin. l. 10. num.
238.

64
Ordo ser-
uandus in
soluendo
debitorum
certorum.

Habens debita ex contractu oneroso, & alia
ex gratuito, tenetur prius persolvere debita ex
onerato, ut si quis debeat Antonio centum argen-
teos ex contractu emptiois, & Joanni totidem
ex promissione gratuita, tenetur in solutione
agenda præferre Antonio Joanni. Nauar. sum. c.
17. n. 5. Reg. in l. 10. n. 239. Sayr. in claus. l. 10. rr.
5. c. 10. n. 34.

65
Causa, in
quibus po-
tetur re-
stitui prius
restituere
hypothecam
habenti.

In solutione autem certorum debitorum hic
ordo seruandus. Primo reddendum est illud, cuius
dominium non fuit translatum in debitorem, ut si res
Ecclesiæ, vel filii, vel minoris esset adhuc inter
bona ipsius, & præter unum eius solutum non fuisset,
l. si curator ff. de iure fisci. Secundò soluenda
impensæ moderate pro funere debitoris, si tunc
mortuus esset: hoc etiam pertinent expensæ
pro inventario faciendis, pro aduenda hereditate,
ac similibus, l. pen. ff. de relig. & sumpt. funer. Ter-
tiò, præferendi sunt hypothecarij, & inter hos
qui priores sunt tempore, unde tacita hypothe-
ca prior expressæ posteriori præferitur. l. 2. d. 4. §. C.
Qui posterior in pignore habentur. Quarto, hy-
pothecarij succedunt creditores personales, in-
ter quos præferendi qui habent personale pri-
uilegium prelacionis absque hypotheca, ut ha-
bet sponsa de futuro in bonis ipsius ob dotem
traditam non secuto matrimonio. Deinde cre-
ditores habentes scripturam, siue Chyrogra-
phum ex titulo oneroso, cuique soluendum
pro rata, non habita ratione temporis prioris
vel posterioris. Præterea creditores ex titulo
gratuito, post illos heredes, & legatarij. He-
redes autem præcedunt legatarios in ordine ad
legitimam, si sunt necessarii, in ordine ad quar-
tam partem, si non necessarii non sunt. Quintò,
aduertenda sunt particularia statuta civitatum,
ac locorum, Lellius libro secundo cap. 15. dub.
4. numero 21. 34. & 35. Conar. l. 2. var. c. 7. n. 2.
Fill. rr. 32. cap. 4. quest. 17. Layman. l. 3. sect. 5. rr.
2. c. 11.

66
Inter co-
operantes
ad damnum
quia prius
restituere
teneantur.

Septem verò sunt casus, in quibus poste-
rior tempore præferatur priori habenti hypo-
thecam. Primus mutantis ad refectionem,
vel conseruationem rei alienius. Secundus mu-
tantis pro re custodienda. Tertius hypothe-
cæ dotalis empti pecunia pupilli. Quartus
mutui ad aliquem emendum. Sextus contra-
henti cum filio, manent enim ipsius bona
hypothecata, cum prelacionis privilegio. Sep-
timus credentis pecuniam ad malitiam. Bo-
nacin. de restitutio. d. 1. questione 8. punct. 2.
n. 16. Fill. rr. 32. n. 129. Lell. l. 2. c. 15. d.
num. 26.

Inter cooperantes ad damnum ille princi-
paliter tenetur ad restitutionem qui damnum
præcepit modo in illud influxerit, & habue-
rit authoritatem supra illum, cui delictum præ-
cepit patrari, qualis est Index respectu sibi
subditi, Dominus respectu seru: Post hunc
principaliter tenetur exequens qui per se ip-
sum physicè cooperatus est, ad delictum pa-
trandum. Post hunc consilens, post hunc re-
ceptor, post receptatorem non impediens,
& non manifestans, qui tenebatur ex officio
impetire, vel manifestare, vel clamare. Ante
Esch. & Mend. Theol. Moral. Tom. V.

hos autem is primo loco ad restitutionem tene-
tur, qui rem alienam habet apud se extantem
formaliter, vel in æquivalenti. D. Thom. 2.
2. questione 62. artic. 7. Vasquez de restit.
cap. 9. numero 52. & 56. §. prim. Nauar.
de restitut. libro quarto cap. quart. num. 75.
Sylu. 2. 2. questione 62. artic. 7. quest. 1. con-
cl. 2. & 3.

Causa principali restituente, ceteræ, quæ
minus principaliter tenebantur liberæ sunt à
restitutionis onere. Quando plures tenentur
æqualiter restituere, sed vnus integre restituit,
ceteri restituere tenentur illi, qui soluit. Quan-
do denique plures intalere damnum; & Do-
minus causa principalis condonauit obligatio-
nem, ceteri, qui fuerunt causæ minus prin-
cipales liberi sunt à restitutionis onere. Secus
si condonauit vni tantum ex minus principa-
libus. Valent. 2. 2. d. 5. questione 6. punct. 3.
Med. question. 8. Val. de restit. c. 9. d. 3. §. 1.
Reginal. libro 10. numero 127. Azor. p. 3. libro
4. cap. 19. questione 4. Mol. tom. 3. tract. 2.
d. 737. & 738.



CAPVT XII.

De causis excusantibus à re-
stitutione ad tempus, vel
omniò.



QUATVOR sunt causæ restitutionem
ad tempus excusantes. Prima dam-
num ipsius creditoris, vel tertie per-
sonæ. Secunda damnum ipsius debitoris. Ter-
tia, impotentia. Quarta cessio bonorum. Re-
stitutio itaque differri potest, quando creditur
allatura nocumentum ipsi creditori, vel alteri
tertiæ personæ, in tempus magis congruum,
& opportunum. Incommodum item, & dam-
num, quod debitor longè maius patitur, quam
patiatur creditor, causa est excusans à restitu-
tione statim gerenda. Præterea debitoris im-
potentia, hoc est, extrema vel gravis necessitas
tua vel tuorum, vel proximi, cui aliter subue-
niri nequit, nisi rem alienam, vel alteri debitam
impendendo, à restitutione statim facienda om-
niò excusat. Item bonorum cessio causa est,
ob quam differri potest restitutio. Porro mer-
catores autem nobiles non sunt tui in conscien-
tia, nec à restitutione immunes, qui innume-
ra debita contrahunt, ut in victus, cultus, familiæ-
que splendore fines sui status excedunt, aut in
aucipites, ac temerarias negotiandi rationes
se ingerunt, esto bonis cedere velint. Quia in-
iuste ad hæc se inducunt angustias. Cessio
bonorum in foro exteriori ad hoc iuvat, ne de-
bitor possit in carcerem detrudi, & ne si post
cessionem aliquid acquirat qui cessit, ei possit
auferri. Clerici autem, qui iuxta Tridentinum
sess. 23. capite sexto, fori privilegio gaudent
(excipe Clericos coniugatos) non tenentur bo-
nis cedere, nec possunt ob debita in carcerem
recludi. Debitor verò qui differt solutionem de-
biti ex delicto, tenetur soluere creditori lucrum
cessans, & damnum emergens, quod creditor ex ea
dilatione

67
Causa
principalis
restituente
cetera libe-
ra sunt &c.

68
Potest dif-
ferri resti-
tutio ob
damnum
creditoris,
ob damnum
debitoris, ob
impotentiam,
ob bonorum
cessionem.

EL SCORAR
Theok Mor.
Tom. VIII. II.
E. IV
6

38 Theologiae Moralis Lib. XXXVII.

dilatione patitur, secus si debitum sit ex contractu. Denique licet potest solutionem differre debitor, quando eam praestare mox nequit, nisi ab statu iuste acquisito cadat. Nauar. *summ. c. 17. n. 57. 61. 62. 63. 86. Sayr. in clau. l. 10. tr. 5. c. 8. n. 12. 17. & 20. Azor. p. 3. l. 4. c. 39. Nauar. de rest. l. 4. c. 2. n. 33. 40. Lel. l. 2. c. 16. dub. 4. n. 8. 21. 52. 53. Fill. *tractat. 32. numero 158. 145. 148. 142. 153.**

69
Causae quatuor omnino extinguentes restitutionis obligationem, prima est creditoris remissio.

potest autem quatuor etiam causis omnino omitti restitutio prima est remissio creditoris. Quia sicut creditor potest ius suum, quod habet in debitorem alteri donare, ita etiam ipsi debitori. Ut autem haec remissio valeat tres conditiones requiruntur. Prima, ut sit omnino libera, seu non extortametur, &c. Secunda, ut possit condemnare, nemo vero condemnare potest, nisi qui potest donare. Tercio, ut condemnatio non sit in casibus iure exceptis, nempe quando Episcopus in visitatione reciperet aliquid ultra sumptus necessarios ad victum. Vel quando iudex delegatus aliquid reciperet à partibus praeter elculenta, ac poculenta. Vel quando Inquisitores pecunias officij praetextu extorserint. Vel quando Canonici (quod ex Tridentini *ses. 24. c. 12. additur*) Canonicis horis non adsunt, & distributiones accipiant. Nauar. *Sum. c. 17. n. 45. Sayr. in clau. l. 10. tr. 5. c. 8. n. 1. Sylu. 2. 2. q. 62. a. 8. q. 1. concl. 7. Sà v. Restitutio, n. 28. Azor. p. 3. l. 4. c. 39. Lel. l. 2. c. 16. dub. 2. Fill. *tract. 32. n. 157. Manu. 10. 1. sum. c. 49. n. 11. debitor, qui se cum creditori composuit minori summa, non tenetur ad integram restitutionem, si ad pinguiorem fortunam deuenit. Quia huicmodi compositio censetur quaedam remissio, quae vim donationis habet, modo non ad sit frans, dolus, vel metus. Nauar. *sum. c. 17. n. 75. Sà v. debitor, n. 27. Sylu. v. Restitutio 7. n. 2.***

70
Secunda est compensatio.

Secunda est compensatio: quae tribus modis potest intervenire, primo per aequivalens commodum creditori collatum. Secundo per aequivalens creditum, quod haberet, vel acquireret cum suo creditore. Tercio per solutionem debiti factam creditoris sui creditori. Lel. l. 2. c. 16. dub. 12. Fill. *tr. 32. n. 150. Sylu. 2. 2. q. 62. a. 8. q. 1. post 7. concl.*

71
Tertia est compositio cum Pontifice.

Tertia est compositio cum Pontifice, quando debitum est incertum, seu ignoretur, quoniam sunt creditores, & hoc verum, siue debitum sit ex delicto, ut in usuris, furtive minatis, siue absque delicto, ut in debitis ex contractu, & inuentis. Quia quando ignoratur proprius hominum dominus, haec addicenda sunt visibus piis non iure naturae, sed positio, in quo potest

Pontifex dispensare, ita ut debitor sibi per compositionem retineat incerta, & ab eorum restitutione eximatur. Sayr. *in clau. l. 10. tractat. 5. cap. 8. n. 22. Bannes 2. 2. q. 62. art. 5. dub. 8. Sylu. ibid. q. 4. Porro quando creditores sunt noti, non valet compositio à sede Apostolica obtentata, nisi legitima causa subsit. Quasi unus Pontifex non est dominus bonorum suorum subditorum, neque dispensator, sed tantum defensor iuris cuiusque, & Index vindexque criminum. posita tamen causa iusta, potest de rebus illorum disponere. Quia habet supremam potestatem in omnibus Christifidelium bonis, scilicet indirectam, quatenus opus est ad regimen spirituale. Vnde potest imponere multas pecuniarias, & bonorum confiscationem pro criminibus, & consequenter condonare restitutiones huiusmodi hominibus faciendas. Sylu. *v. Restitutio 7. q. 2. Fill. tr. 32. n. 161. Lel. l. 2. c. 16. dub. 12. numero 83.**

Quarta est iuris autoritas, quoad scilicet res restituenda praescripta iam esset, concurrentibus ad legitimam praescriptionem requisitis, de quo supra Fill. *tr. 32. n. 160. Bon. de rest. d. 1. q. ult. p. 1. n. 29. Sylu. 2. 2. q. 62. a. 5. q. 4.*

Quaeritur, num Religiosis ingressio à restituendi obligatione liberet? Circa huiusmodi quaestionem haec ex receptiori sensu Doctorum obseruanda tradiderim. Si debitor ingreditur Religionem, & profiteatur, etiam si iniuste agat, valet professio, nec tenetur ad faculum redire. Quia persona libera est, nec est eadem ratio de seruo, ac coniuge, hi enim sui iuris non sunt. Si res debita extet in se, omnino debet illam primo loco restituere, & deinde ingredi. Si non extat, si quidem possit breui tempore, ut paucis annis suis consuetis laboribus satisfacere, expectare tenetur donec satisfaciatur, quia tunc merito essent creditores inuiti, si autem sit longo tempore opus. Vel debeat insolitos perferre labores, ut possit satisfacere, non tenetur expectare, sed potest relinquere omnia, quae habet, quae creditoribus suis, & deinde ingredi, quia talis impotens censetur: scio ab aliquibus Doctoribus asseri, talem ingredi non posse, nisi ante soluerit, quod si ingreditur, ac profiteatur, tamen adhuc obligatum manere, & labore suo, vel arte, si quam nouit, debere conari soluere. D. Thom. 2. 2. q. ultimo articulo sexto ad 3. Nauarra *de restitut. libro 4. capite 4. numero 94. & 95. Sanch. libro quarto Decalog. 19. numero 8. Fillucius tractat. 32. numero 154. Sayr. in clau. libro decimo tractat. 5. cap. 7. n. 15.*

72
Quarta est iuris autoritas.

73
Quoniam modo Religiosis ingressio à restitutione liberet?

SECTIO